

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Inauguralis Medica De Ictero**

**Camerarius, Elias Rudolf  
Mögling, Johann Burckhard**

**Tubingae, 1679**

Widmungsbeiträge

[urn:nbn:de:bsz:31-42086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42086)

mentosi in Chronicis morbi optimi, Potus item ægrorum simil.  
 infus. vel decoct. imprægnentur; Pisorum jus, quod quidam pro  
 absterfione Ictericis præscribunt, damnat *J. C. Rosenberg, ros.  
 Jatr. animadv. xiiij* Poculum quoddam, aureum ab antiquis Me-  
 dicis dictum, ex erythrodani radice factum ex *Plin. l. c. l. 24.  
 c. 2.* laudat *J. Lang. l. 1. Epist. med. 29.* Animi affectus viten-  
 tur immodici, mœror præsertim, & nonnaturalia omnia  
 supra intra causas adducta fugiantur, aut de-  
 center corrigantur.

## I.

**T**u *Moglingus* eris decimus jam Tertius, Artis  
 Cui Medicæ Laurum Nostra Tubinga dabit:  
 Stirpe satus Medicâ Studio, Virtute Parentem  
 Cùm referas, fiat Par Tua Fama, precor.

*scripsit*

PRÆSES.

## II.

**E**st pretium virtutis honor, qui pulvere venit,  
*Otia nam segnes condere lenta solent.*  
*Sudorem assidui nomen comitatur, at horum*  
*Vita latet veluti, sic quoque fama silet.*  
*At Møglinge gregem virtus tua nescit inertem,*  
*Altius ex imâ surgere gaudet humo.*  
*Qui multa excubias Musarum ad lumina duxit,*  
*Non operam, aut oleum perdidit ille suum.*  
*Ipsè volens studium fructus, facilisque sequetur,*  
*En! præstò meritis præmia digna tuis.*  
*Turba novena tibi nectitque Hygieabrabeum,*  
*Atque caput certant condecorare tuum.*  
*Addet Juno faces: sic parte beatus ab omni,*  
*Unus & ex paucis, quos amat æquus, eris*

Applaudit conspicuo labori  
 Prænobilis & Clarissimi Domini Candidati  
 Medicinæ, Cognati sui colendi  
 JOHANN - HENRICUS MÖGLING,  
 Philos. Stud.

F I N I S.